50.00

nº 40.1

Horea ab eximio

Macabro versibus alemanicis edita. et a petro desrey trecacio quodã orato re nuper emendata. Parisiusqz per magistrum Guidonem mercatorem pro Godeffrido de marnef ad intersignũ pellicani in vico diui iacobi commorãti. Anno domini quadrigentesimo nonagesimo supra millesimũ idibus octobris impressa.

114597
114587

Speculum salutare choree Macabri.

Discite vos choreā cūcti qui cernitis istam. Tales estis enim matura morte futuri
Quantum prosit honor gloria diuitie Quales in effigie mortua turba vocat.

Est cōmune mori mors nulli parcit honori. Cunctis dat legem tollit cū paupere regem
Mors fera. mors nequā. mors nulli parcit et equā. Ergo time quisquis celsos ascēdis honores.

Auctor

Creatura rationabilis
Que eternam vitam desideras
Hec doctrina tibi notabilis
Est: si ipsam bene consideras
Hic quilibet adiscit choreas.
Hanc choreā macabri nominans
Hec est via super omnes vias
Nulli parcens omnia criminans.

In hoc potest speculo legere
Omnis homo tendēs ad tumulum
Sapiens est qui sāt se videre
Mortuus dat viuenti speculum
Tu maiores vides ad oculum
Hanc choream conducere: quia
Viuentium corpora singulum
Fabricantur vna materia.

Mors est hic hominis semper cum tempore labi. Et semper quadã conditione mori
Est hominis nudum nasci nudumq; reuerti. Est hominis putrere solo limũq; fate
ri Et miseris gradibus in cinerem redigi Res et opes prestantur ei famulãtur ad
horam. Est locupley mane Vespere pauper erit.

Omnia cesar erat et gloria cesaris esse desinit: et tumulus Vix erat octo pedum.

Mortuus primus musicus choree

Vos qui diua Vero sentencia
In diuersis Viuitis seculo
Sequimini cristi Vestigia
Prouidendo mortis articulo
Sero mane aut in diliculo
Hanc choream sic chorcabitis
Suspicite Vestro nos oculo
Sicut sumus ita Vos eritis

Secundus musicus

Cur nunc fratres non arbitramini
q̃ expedit Vos omnes sic mori
Cotidie Vero letamini
Sed potius debetis mereri
Sepissime non est sicut hert
Cito letus cito contristotus
Nolite Vos fratres demereri
Hos discere Vos expedit saltus

Teráue musicus

O iuuenes maioresq; senes
Dicta nostra bene conspicite
Mori decet hoc satis Vos omnes
Nos igitur bene respicite
Mundi huius Vana despicite
Parua est res que transit leuiter
Vos in celo semper aspicite
Centum anni transeunt breuiter

quartus mortuus musicus

Breuis enim est Vita hominum
Nam Viuentes Veluti dicasti
Ante Vero prefatum terminum
Omnes fere morientur isti
q̃ plurima dicta retulisti
Vt quilibet curam accipiat
Sed parumper eos retrahisti
Nemo timet donec recipiat.

Vado mori: mors certa quidē: nil certiꝰ illa
Hora fit incerta: Vel mora: Vado mori.

Vado mori: quid amē quod finē spōdet amarū
Cuius inanis amor non amo: Vado mori.

Mors dñz seruo: mors sceptra ligonibꝰ equat
Dissimiles simili conditione trahens

Mors
Nil dubium Vos omnes Viuentes
Quāq̄ tardet sic horeabitis
Solus deus scit hominū mentes
Respicite quid tunc facietis
Summe papa Vos incipietis
Vt dignior conducens minores
Honoratus taliter eritis.
Maioribus debentur honores

Papa
Heu quid hoc est an sit necessitas
q̄ sim primus de choreantibus
Quid in terra suprema dignitas
Nomen dei prodest in talibus
Ecclesiis sum preses omnibus
Velut petrus: et nunc obiciens
Michi mors est pulsis honoribus
Parum Valet honor sic transiens.

Quid sublime genus: q̄d opes: q̄d glia p̄stāt
Que michi tūc aderāt: hec michi nūc abeunt.

Mors
Et Vos impar et mundi fortior
Princeps magnū tenens imperium
Vos oportet dicendo morior
Dimittere pomorum precium
Nunc soluetis iura Viuentium
Non eritis siatim Velut heri
Quicquid duco quod est mortalium
Omnes ade natos decet mori.

Imperator
Mors me grauat et tamen nescio
Coram quibus ius sit appellare
Arma modo Victus abicio
Mors lintheum me cogit portare
Super omnes solebam regnare
Et moriens ita defficio
Heu quid hoc est mundo imperare
Maiores non habent ex premio.

Vado mori morte nō hoc nō impedit illud
Quo me cumqz ferat sors data Vado mori

Vado mori presens transactis equiparando
Si non transiui: transeo Vado mori

D ꝙ dura premit miseros: conditio Vite. Nec mors humano subiacet arbitrio

Mors
Vt apparet multum turbamini
Cardinalis sed nichilominus
Post alios mecum sequimini
Remedium Vobis nullatenūs
Habuistis Vestras inter manus
Mundi decus quod statim nil erit
Morte data seruus sit dominus
In honore magno sensus perit

Cardinalis
Nil mirum si modo perstupeam
Ita videns me tam cito captum
Mors accessit moriar peream
Nunc video me perstupefactum
Purpureum lingno Vestimentum
Cum pilleo capaqz rubea
Jam me tangit cadauer infectum
Leticie finis mestitia

Mors
Nobilis rex cum Vestra corona
Accedite iam satis fuistis
Formidatus ab omni person
Pompis fulgens nunc pauper eritis
Nec honores hos importabitis
Ad extremum Veniens examen
De thesauris nullos habebitis
Ditioni solum linthear

Rex
Non didici choream facere
Tam siluestrem nec odam flebilem
Imitari. Heu quid est agere
Contra mortem nimis terribilem
Non respicit personam nobilem
Genus forma et queque Veniunt
In hoc mundo nil sunt apud illam
Omnes cinis finaliter fiunt

Vado mori: Videat quo currat quisq; superstes
Cursor habet mecum dicere Vado mori.

Vado mori: misero sentencia dura. beato
Grata mori sequitur Viuere Vado mori



Es probus: expirat probitas. honestus: honestas. Si fueris fortis: fortia morte cadunt.

Mors
Dam legate per me restabitis
Potentia Vestra nunc fallitur
Huc nec illuc amplius ibitis
Nam Vis Vestra per mortem rapitur
Homo sepe ex se decipitur
Prospicite quid est nunc agere
Morte autem nemo defraudatur
Velle dei oportet facere.

Legatus
Heu michi qui nuper pergebam
Vt legatus partibus francie
Mori Vero nondum cogitabam
Sed ecce nunc finis leticie
Mors est autem actus tristicie
Cuius deus sit solus terminū
Insequamur Viam iusticie
Mors sequitur terminos hominū.

Mors
Nobilis dux qui famam habetis
Fecisse hic magnum exercitum
Meam statim Vos choreabitis
Nichil prodest grande concipitum
Sed obsecro ante hunc exitum
Ostendite Vestram audaciam
Demonstrando Vestrū omne scitum
Mors rapiet omnem fallaciam.

Dux
Morte enim sum nunc deprehensus
Nec possum me Vltra deffendere
Sed timeo ne sim reprehensus
Cum deceat tributum reddere
Nichil Valet arma ostendere
Nunc attigi diem nouissimū
Et expedit celum contendere
Parum prodest Velle grauissimū.

Vado mori cinis in cinerem tandem rediturus
Ordine quo cepi desino Vado mori

Vado mori sectans alios sectandus et ipse
Vltimus aut primus non ero Vado mori

Jam nichil est totum quod Vivimus omnia secum Tempus preteriens hora suprema trahit.

Mors
Patriarcha pro Vultu demisso
Non potestis ab hoc acquitari
Jure crucis duplicis amisso
Opportet Vos finaliter mori
Non debetis ex hoc admirari
Non cogitans pertingere finem
Q papatus studetis honori
Spes inepta decipit hominem

Patriarcha
Nunc Video q mundanus honor
Me decipit modo leticie
Nam ecce nunc q a morte cogor
Arripere Viam tristicie
Vix dat honor locum sciencie
Parum Valens est honor mundanus
Vbi locus non adest gratie
Ascendentes alta turbat onus

Mors
Mei iuris est Vos conducere
Ad choream nunc connestabilis
Plus carolo magno Vos Viuere
Non opportet res Veritabilis
Nichil prodest spata terribilis
Nec gallea de manu fabrorum
Contra mortem nullus est stabilis
Dum mors Venit nichil est armorum

Connestabilis
Adhuc ego sperabam Vincere
Multos Viros mea potencia
Castra Vrbes multas inuadere
Et michimet submittens omnia
Sed Video q mors hec impia
Nunc me mordet cuius morsus malus
Ad quem nulla Vite tendit Via
Contra mortem nulla bona salus

Dado mori presul: baculum: sandalia: mittra
Nolens siue volens desero: Dado mori

Dado mori miles: belli certamine victor.
Mortem non didici vincere: Dado mori.

Occurrunt animo pereūdi mile figure. Moriq minus pene ꝙ mora mortis habet.

Mors
Qualiter nunc caput retrahitis
Retro pater archiepiscope
Accedite prope quid timetis
Vobis dabit mors vnum recipe
Mors vbi vult precipit incipe
Choreare sic summam debiti
Creditam nunc tu gratis accipe
Computandum semel est hospiti.

Archiepiscopus
Heu nescio quam partem cernere
Tantum stricte per mortem sum captus
Quo nunc ibo vt me adiuuare
Sit aliquis. certe sum deceptus
Et qui bene cognosceret ictus
Dure mortis careret vicio
Per oportet facere coactus
Sum districta qualis coactio.

Mors
Audax miles qui magnos barones
Frequentastis et magnas dominas
Obliuisci decet tubas omnes
Propter pulchras tonantes feminas
Argenteas auriqz cathenas
Dimittite patiens constanter
Dire mortis attendite nimas
Id quod vnus agit frangit alter.

Miles
Heu prothdolor qui tantū famatus
Pridem fui dulcis amabilis
Dominabus benignus et gratus
Et nunc mori: res est mirabilis
Ad currendas lanceas habilis
Semper fui nec aliquid vile
Vnq̄ egi: res infalibilis
Nichil manet sub celo stabile.

Homo natus de muliere breui viuens tẽpore repletur mul
tis miseriis qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit
velut vmbra et nunq̃ in eodem statu permanet

Vado mori genitus de sanguine
nobiliori Nec gen⁹ inducias dat
michi Vado mori

Mors
Episcope pastor dignitatis
Non obstante vestra prelatura
Nullo bono statim gaudebitis
quicquid vobis dederit natura
Vestrum factum statin aduentura
Retro dorsum vestrum more vlulat
De subditis nunc res est visura
Alta scandens non tutus ambulat

Episcopus
Meum nequit cor letificari
Audiendo quid mors vult dicere
Michi dicens oportet te mori
Veni tua debita soluere
Hoc vult iudex supremus audire
quid huic dicam iudici dubito
Cunctos status facit mors transire
Totum perit excepto merito

Mors
Festinate nobilis scutifer
Qui noscitis modos chorearum
Choream nunc vult summus legifer
Vobis dare post sonum tubarum
Nil sub celo quin sit transiturum
Vos igitur decet accedere
Post mortuos sic choreaturum
Michil mortem potest euadere

Scutifer
Si me tenet mors suis laqueis
Me deceat ad minus dicere
Duo verba complicibus meis
quos solebam choreis ducere
Valete vos memores facere
Vota pro me deum supplicando
q̃ me saluet nos oportet vere
Omnes mori sed nescimus quãdo.

Credo q redẽptor meus viuit et in nouissimo die de terra surrecturus sum et in carne mea videbo deum saluatorem meum.

Vado mori iudex: quia iam plures reprehendi Judicium mortis horreo: Vado mori.



Mors tua: mors cristi: fraus mundi: gloria celi. Et dolor inferni: sint memoranda tibi.

Mors

Pater abbas nolite fugere
Sequimini mortem choreando
Non oportet nunc desiderare
Abbaciam pro fructu sumendo
Cuius fructus late comedendo
Multum pinguis vos fuistis factus
Nunc vermibus esca moriendo
Magis pinguis primus putrefactus.

Abbas

Hoc minime cuperem facere
Vt ordinem vere conseruarem
Sed omnibus conuenit transire
Quãuis ob rem libenter manerem
Viri fratres non cupiscite rem
Eccleſie: nam mortales sumus
Et propter hoc ad vitam futuram
Moriendo tarde cogitamus.

Mors

Vos balliue qui iura sapitis
Justicie: quiq; policiam
Ciuitatum mundi conducitis
Accedite: monstro vobis viam
Veni vobis assignatum diem
Manumissa que non variabit
Videbitis vestram iusticiam
Onus suum quilibet portabit.

Balliuus

O mi deus hec dies amara
Ad hunc ictum non respiciebam
Variauit se fortuna dura
Nunc aduenit michi quod timebam
Inter omnes honores habebam
Meam vitam: nũc mors interpellat
Non appello siut appellabam
Nam de morte vane quis appellat.

Vado mori sapiens sed quid sapiencia nouit
Mortis cautelas fallere Vado mori

Vado mori sperans per longum Viuere tēpu
Forte dies hec est Vltima Vado mori

Mors facit eposum res aufert atqz colorem Vermibus exponit fetencia corpora reddit

Mors
Astrologe respector syderum
Non Videtis per astronomiam
q diuersa potestas astrorum
Istam mortis impediat Viam
Respicite genealogiam
Patris ade pro quo nos pugnimur
Attendentes ad theologiam
Nam pro pomo nos omnes morimur

Astrologus
Pro gradibus nec pro sciencia
Nullatenus prouidere scio
Solum quero cum displicencia
Cito mori Viuere nescio
Ecce dies meos nunc transeo
Et aduenit Vt nullus me iuuat
Nulla michi prodest inspectio
Qui bene Vult mori bene Viuat

Mors
Festinate Venire burgensis
Non habetis modo diuicias
Mors execans cuncta Velut ensis
Vobis affert suas inducias
Si fecistis in mundo res pias
Istud opus deus auctorisat
In supremis reprobat alias
Homo nescit pro quo thesaurisat

burgensis
Durum michi iam sic relinquere
Diuicias sensus nutrituras
Sed diuitem simul cum paupere
Tu perire cito mors procuras
Non sapiens est qui suas curas
Ponit bonis terre que pereunt
Et anime penas parent duras
qui plus habent plus tristes obiunt

Vado mori: nō me tenet ornatus neqz Vestis
Linea nec mollis culcitra Vado mori.

Vado mori magnus: mūdi moritur⁹ amator
Hunc spernens possum dicere: Vado mori

Es sapiens: marcet sapientia morte. redundans Diuitiis: lapsu mobiliore fluit.

Mors
Canonice multum prebendate
Ecclesie distributiones
Modo Vobis erunt interdite
Nec ibitis ad processiones
Propter Vestras retributiones
Vite Via Vobis est seclusa
Mori decet per leges communes
Mors aduenit. hora non preuisa.

Canonicus
Hocme parum confortat audire
Vt dimittam curas et prebendas
Sed mors fortis me Venit ferire
Non amplius ascendem cathedras
Nunc choreas et mortales odas
Choreabo Vestes abiciens
Canonicos et pulchras tunicas
Bene mori sit quisque cupiens.

Mors
Hic cernite mercator qui prius dem
Per patrias multas quesiuistis
Nunc pedester nunc equester tandem
Sic nobiscum Vos choreabitis
Vestrum forum postremū facitis
Hiis choreis quibus mors presidet
Plus lassatus foro non eritis
Talis cupit qui satis possidet.

Mercator
Sub et supra Veluti poteram
Interfeci pro pane lucrando
Nunc equester nunc pedester eram
Nunc gaudia perdo moriendo
Letus eram semper acquirendo
Et ecce mors dura que me cogit
Choreare sic omnia perdo.
Parum stringit qui nimis colligit

Vado mori medicus medicamine non redimendus.
Quicquid agat medici pocio Vado mori.

Vado mori nō me retiet Viciosa Voluptas
Nec luxus auget Viuere Vado mori

O felix mortale genus si semper haberet. Eternū pre mente deum finemqz timeret.

Mors
O medice quid dicit Vrina
Respicite quid sit emendandum
Vos sciuistis iamin medicina
Satis enim ad precipiendum
Tunc eratis Vos ad succurrandum
Sed nunc estis pauper et modicus
Parum sciens ad Vosmet curandum
Qui se sanat est bonus medicus

Medicus
Artem dudum cognoui phisice
Quam studui meis temporibus
Vltra scire contendens practice
Subueniens multis languoribus
Nunc crucior mortis terroribus
Herba radiy nulla modo digna
Cedo cunctis medicaminibus
Contra mortem nulla medicina

Mors
Dulcis amans placens et hylaris
Vestri Vultus comparans Valorem
Hic est passus Vobis singularis
Captus estis per mortis dolorem
Huius mundi sinetis languorem
Si tulistis Vobis stulticiam
Faciei mors fugat fulgorem
Decorate forme fallaciam

Amans
Heu prothdolor nullus est securus
Contra mortem:nil Valent amores
Nimis breuis iuuentus est cursus
Capelli nunc Valeant et flores
Nunc amantes puelle dulcores
Cupientes Vestra lasciuia
Mis sit memor: nam Venti maiores
Sepe cadūt pro parua pluuia.

Dado mori senior iam finis temporis instat
Iamqz patet mortis ianua Dado mori

Dado mori pulcer Visu mors ipsa decori
Del forme nescit parcere Dado mori

Bis duo sūt que cordetenus sub pectore misi. Mors mea. iudiciū. baratri nov. lux paradisi

Mors
Vir sacrate deuoteqz frater
Semper viuens in abstinentia
Arripite citius hoc iter
Nulla vobis sit resistentia
Hic proderit plus pacientia
Non ad vitam sed ad pium finem
Respicite datur sentencia
Super omnem mors vincit hominem

Carthusiensis
In mundo sum mortuus Vt constat
Vnde minus cupio viuere
Quāuis morti quilibet resistat
Suo posse sic conuenit ire
Velit deus meam recipere
Nunc animā dulciter Vt suas
bonitates possim recipere
Est hodie talis qui nichil cras

Mors
Cliens virgam regalem defferens
Vt videtur vos estis rebellis
frustra tamen eritis differens
Chorcare sentencia talis
Est chorea cunctis generalis
Mundi maior transit hac semita
Mors cōmunis est bonis et malis
Nec est fortis quin fortis sit ita

Cliens
Mors mordere cur me nunc presumis
Qui sum cliens et regis seruitor
Te iudico furiosam nimis
Quāuis ego sim tuus debitor
Vndiqz sum captus ecce tortor
Qui me cedit nec vltra patitur
Mors qz ego sum suus creditor
Qui non discit vivere ita moritur.

Breues dies hominis sunt numerus mesiũ eius apud te est. Cõstituisti terminos qui preteriri nõ poterũt

Dado mori diues. aurum vel copia rerum
Nullũ respectum dat michi: Dado mori.

Hec tua vita breuis que te delectat iniqz. Est velut aura leuis. tempus expectat vbiqz
pauper indigens

Mors
O magister per me transietis
Deffendere frustra contendite
Vos hominem nunqz terrebilis.
Post ad iter monache venite
quid pensatis ad hoc cogitate
Nunc os clausum tenebetis ad yma
Velut ventus et cinis transite
Hominis est vita res minima.

Monachus.
Plus in claustro stare diligerem
Faciendo meum seruicium
Et qz ibi deuote manerem
Fugiendo vias mortalium
Velut stultus commisi vicium
Ictus mortis nunc periculosus
Michi deus donet remedium
Non quilibet choreans iocosus

Mors
Accedite nunc Vsurarie
Delirate videte faciem
Nil vsura valebit hodie
Propter nũmi ardetis speciem
Vos perdetis cuncta: ni veniam
Deus velit vobis ostendere
Non oportet transeundo viam
Nisi ictus ad cuncta perdere.

Vsurarius
Heu mori tam cito mors dura
Nec me possum modo deffendere
Hic non prodest aurum nec vsura
Nunc me decet cuncta dimittere
Mors me ferit: sibi resistere
Non valeo. nec pulchros oculos
quisquis habet scit bene videre
Sic percepi implendo loculos.

Mors
Est vsura tam grau
peccatum
qz quilibet ea qui fru
tur
Cor taliter habet infla
matum
qz vix mortis sic remi
citur
Per hunc stultum istu
approbatur
Ad vsuram qui mi
nunc prestat
Suos nummos et tan
moritur.
quittus non est cui de
tum restat

Vado mori logicus: alios concludere noui: Fortiū Viroꝝ est magis mortē cōtenere Vitā odisse:
Cōclusit breuiter mors michi: Vado mori. Stultū est timere: quod Vitari non potest.

Omnia mors tollit doctū cecidisse cathonē: Atqz ipsum socratem procubuisse ferunt.

Mors

Et Vos regens in achademia
Qui plurimos coegistis studentes
Michil prodest dicere eya
Vestras decet dimittere artes
Vestri certe nigrefiant dentes
Studete nunc prout deus soluit
Dimittite grammatice partes
Mors hominem subito dissoluit

Magister scole

Sciencia Vero grāmatica
Aliarum est introductio
Juuenibus autem ypotheca
Et artium Vera discucio
Sine illa nullum conspicio
Ad maiora Vlla percipere
Sed ecce nunc morte deficio
In omnibus decet incipere

Mors

Super equum atqz cursarium
Vos armiger nunc̄ ascendetis
Mors arripit nunc Vestrū brauium
Aspicite quid huc facietis
Mundum Vero statim dimittetis
Non expedit lanceam currere
Vt ego sum ita Vos eritis
Quis contra me potest resistere

Armiger

Heu non Vite habeo spacium
Quia morti decet obedire
Nunc dimitto regis seruicium
Et cum illa compellor nunc ire
Ad pristinum non possum redire
Huc tam pie sum conductus modo
Sicuti mors cogit me abire
Mori decet nescimus quando

Vado mori Varis epulis Vinoqz repletus
Hiis Vtens restat dicere Vado mori

Vado mori gaudes non gaudeo tempore longo
Mundi dimitto gaudia Vado mori

Felix qui potuit tranquillam ducere Vitam. Et letos stabili claudere fine dies

Mors

Aduocate finite processus
Ad choream Vadamus inuicem
Corrigere Vidistis excessus
Aliorum quid Vobis predicem
Sic ad magnum Venire iudicem
Vos oportet qui iudex est sciens
Leges cunctas Vsqz ad radicem
Justiciam preuenit sapiens

Aduocatus

Hoc iuris est qp ratio fiat
Nec quid contra tendo proponere
qp mors cuncta mundo surripiat
Sentencie Volo comparere
Alterius nummos surripere
Dudum cepi timeo nimium
Coram tantum iudicem parere
Cuncta reddens ad iustum pretium

Mors

Veni mime qui cantus et odas
Choreasqz cum modulancia
Armonica choreantibus das
Arte tua fusa leticia
Cerne si nos in hac presencia
Imus bene pande nobis iter
Scienciam sine fallacia
Bonus debet pandere magister

Musicus

Choreare taliter non curo
Non gratenter hoc Volo facere
Si mors adest Viuere non spero
Quomodo tunc possum choreare
Plus nequibo sonos euomere
Mors me tenet casibus in istis
Talis Vadit choreas ducere
Cuius cor est languidus et tristis

Vado mori cernens q̄ mors cūctis dñatur
Tensa videns mortis retia: Vado mori

Vado mori pauper: nil' mecum defero: mundo
Contempto mundus transeo: Vado mori.

Mors properat. fuga nulla patet: mortale tributū Soluere. nature lege tenetur homo.

Mors
Transi cito rector animarum
Qui mortuos et viuos solebas
Comedere causa decimarum
Et non dei templis seruiebas
Vt ceteris exempla monstrabas
Recipies tuum seruicium
Tibi fiet sicut faciebas
Omni pene debetur premium

Curatus
Velim nolim cogor me reddere
Nullus homo quem mors non inuadat
Meas tedet oues dimittere
Has ne lupus dente fero ledat
Cum spiritus a corde recedat
Virtus abest relinquitur munus
Quid nunc dicam si iudex accedat
Felix ille quem quitat dominus

Mors
Pauper dolens languidus patiens
Agricultor te mori conuenit
Laborasti viuendo moriens
Tibi nullus in penis subuenit
Huc accede nam finis aduenit
Cunctis equa: stultus est igitur
Qui nunq̄ se casurum meminit
Sed viuere semper opinatur

Agricultor
O quociens te mors peroptaui
In penis cum tantis languescerem
Nunc me terres te desideraui
Et vtinam te nunq̄ viderem
Si vitare possem te vitarem
q̄ q̄ corpus labore vevetur
Hac et illac sed ego nescirem
Nulla quies in hoc mundo datur.

Corporis et anime societas non firmo vinculo
coheret facile dirimitur Stultum est in eo confide
re quod leui perditur casu

Ferro peste flamma vinclis ardore
caloze. Mille modis leti miseros
moz vana fatigat



pauperis et regis communis lex moziendi. Dat causam flendi si bene scripta legis

Moz

Accedite domine promotoz
Nunc expedit adire curiam
Respondere decet tanq̃ motoz
Si feciſtis quandam iniuriam
Aliis enim ſatis penuriam
Dediſtis et non ſemper iuſte
Emendare decet fallaciam
Male agit qui viuit iniuſte

Promotoz

Moz heu michi prestat ſudariun
Et nil prodest hic audiencia
Recipiſſem meum ſalarium
Illoꝝ qui ſunt in ſententia
Vti decet pro nunc prudencia
Moz me cogit ſum ſubito captus
Nichil prodeſt ọ̃p pacientia
In peccatum raro cadit iuſtus

Moz

Tu eciam magiſter carceris
Qui plurimos tenuiſti vinctos
Veni mecum tu de noſtris eris
Et corporis ero tui cuſtos
Vigilaſti ſepe ſuper cunctos
Sed in terra tibi prouideo
Hic termino iuſtos et iniuſtos
Mozi decet quando placet deo

Cuſtos carceris

Heu quot vinctos habebam diuites
quoꝝ nummos prope recipiſſem
Et ſic modo dure me imites
Sed huc nunq̃ libens acceſſiſſem
Choreare taliter inuicem
Non curarem illud vere ſcitur
Crede michi illuc non iuiſſem
Nam ſcit deus qui recte loquatur

Omnes enī moꝛs cadere facit: ſed poſtillā Viuē
tibus pie: celſus iudex deus mirāda promittit.

Non ſum ſecurus hodie vel cras moꝛitur⁹
Intus ſiue foꝛis eſt plurima cauſa timoꝛis

Vita quid eſt hoꝛe: niſi res vallata ruinis. Eſt caro nrā ciꝛcis modo pꝛincipiū modo finis

Moꝛs

Peregrine ſatis cucurriſtis
Hinc et inde Vt bonus aduena
Vnde ſepe vexatus fuiſtis
Cur facies eſt veſtra palida
Oratio vobis eſt valida
Nam domino Vt credimus valde
Omnimodo eſt ſemper placida
Qui laboꝛat dignus eſt mercede.

Peregrinus

In diuerſis vero tempoꝛibus
Hinc et inde peregre cupiui
Vbi fui magnis langoꝛibus
Fatigatus ſed libenter iui
Nunc gratiam ſummi dei Viui
Salariis credo recipere
Nam omnia Vt ſcio et ſciui
Quanꝯ tardet decet dimittere.

Moꝛs

Et vos paſtoꝛ venite leuiter
Non expedit hic modo reſtare
Oues veſtras gregeſqꝫ breuiter
Dimittetis ſic oꝛtet ſtare
Non poteſtis pꝛo nunc deuiare
Cum pꝛemiū iuſte acquiritur
Sic meditoꝛ vos aleuiare
Felix ille qui bene moꝛitur.

Paſtoꝛ

O ꝯ oues magno periculo
Reſtant ſepe ſine conductoꝛe
Nam et lupus ſemper in angulo
Has deuoꝛat carentes rectoꝛe
Qui regitur a ſummo paſtoꝛe
Sepe vitet peſſimam pꝛeſſuram
Simus ergo ſub illo auctoꝛe
Super aĉtos moꝛs facit moꝛſuram

Vado mori sed nescio quo sed nescio quando
Quo me cumqz loco Vertero Vado mori

Vado mori iuuenis quia nil Valet ipsa iuuentus
De nece protegere nequeo Vado mori

Carnis Vita labor carnis conceptio tabes Menstrua putredo finis origo lutum.

Mors

Vos cordiger frater sequimini
Post pastorem satis predicastis
De hac morte si moriemini
Inde minus mirari debetis
Nam maiores mors mordet videtis
Experta re. quantumqz subito
Dicta vestra factis comprobatis
Semper mors est percutere presto

Cordiger

O mi quid est in mundo viuere
Nullus tutus stat in hoc seculo
quo Vanitas non cessat crescere
Tunc venit mors cum suo baculo
Nil mirum est si modo tremulo
& viperim mundo mendicatus
quitquid feci mecum nunc baiulo
Sapiens est peccator contritus

Mors

Parue puer nuper infans nate
Hic facies moram paruissimam
Nam tributum iudex petit a te
Faciendo finem breuissimam
Horeabis odam nouissimam
Vt ceteri mors tibi detur
Non teneas illam rem maximam
qui plus viuit plus pati tenetur

Puer

A a a a iam loqui nescio
Infans cum sim paruus lingua muti
Heri natus et nunc deficio
Ad tumulum parere cogitatus
Intrans mundum tunc soluens exitu
Sed stat idem mors cunctis communi
Dum deus vult deficiunt status
Vno motu senis et iuuenis

Vado mori miserere mei rex inclite criste
Omnia dimittens debita. Vado mori

Vado mori sperans vitam sine fine manentem
Spernens presentem. sic bene Vado mori.

Sperma prius: modo saccus olens: post vermibus esca
In tumulo: pro qua dote superbit homo

Mors

Credidistis vos euadere mortem
Fugiendo clerice scitis ne
Quod dura mors non respicit fortem
Nec clericum pro suo nomine
Non propicat mors vestre corone
Et si nomen vestrum sit iohannes
Aut guillermus est mori commune
Dum deus vult sic corrigit omnes.

Clericus

An deceat clericum iuuenem
Cupientem suo seruicio
Peruenire ad maiorem finem
Admirari satis hoc nescio
Dudum mea fuit intentio
Vt ditarer sed multum michi stat
Mors obiecta meo principio
Dic quod perficit stultus quod cogitat.

Mors

Venite post pater heremita
Quis sitis in loco deserto
Thoreare vos conuenit ita
Scite nunc de loco cooperto
Deule si vidistis aperto
Contemplando multa dei facta
Non impendit mortem suo facto
Vita non est hereditas tuta.

Heremita

Nunc oportet mori bene credo
Condampnatus sum per parlamentum
Summi regis: nec hec solitudo
Heremorum tardabit arrestum
Deum meum vnū rogo tantum
Quod soluat me quem de limo fecit
Effecit me hic mundi contentum
Michil habet cui nichil sufficit.

Mors

Bene dicis
sic debes dicere
Nullus liber
a morte mortalis
Qui se male
nouerit viuere
Thoreare sciat
se cum malis
Sit igitur quilibet
fidelis
Catholicus
sequens dei vias
Subita mors
est dubitabilis
Non est vnus qui
sciat suum eras

Paucitas dierū meorū finietur breui dimitte ergo me Vado mori stultus mors stulto Vel sa
dñe Vt plangā paululū dolorem meū antꝙ Vadam enti Non iungit pacis federa Vado mo

Dctus cūcta suos repetūt matremqz requirunt Et redit in nichilum quod fuit ante nichi

Mors

Super campos Vrbes qz opida
Commediſti pullas atqz pullos
Et ego mors ſum tibi trepida
ꝙuis tamen non dimitto Vllos
Oppreſſiſti magnos et paruulos
Tanꝙ haſtor ꝙualidiſſimus
Quanti facis barbam et capillos
Valet primus ſicut nouiſſimus

Haſtator

Nunc timeo illud paſſagium
Nam mors ſemper cunctis terribilis
Sed eſt Via Vero mortalium
ꝙuis tamen ſit michi crudelis
Contra illam nulla res Vtilis
Quid proderet ergo deffendere
Cum debitum iuris naturalis
Vnuſquiſqz tenetur reddere

Mors

Tu fatue ſi nunc hicchoreas
A natura hoc tibi prouenit
Sed aſpice ne modo pereas
Sic omnibus pergere conuenit
In ſcriptura quilibet inuenit
ꝙ omnibus mori eſt ſtatutum
Stultus eſt qui hoc non meminit
Nam omnis res tendit ad Vltimum

Stultus

Hic ſunt omnes boni amici
Choreantes Veluti concordes
ꝙuis tamen erant inimici
ꝙplurimi et mundo diſcordes
Pauci Vero ſunt miſericordes
Sed idem ſunt ſtultus et ſapiens
Qui conſpicis ergo hoc memor es
Qui non timet deum inſipiens

Dies mei sicut Vmbra declina
uerunt: et ego sicut fenum
arui. Tu autem domine
in eternum permanes.

Esto memor q̄ puluis eris et Vermibus esca
In gelida putrens quando iacebis humo
Non erit in mundo qui te Velit Vltra Videre
Cum tua rancidior sit caro rupta cane.

Auctor

Vos Videntes in hac protractura
Omnes status mundi choreantes
Hic notate qualis sit natura
Humanorum dirigite mentes
Nunc Viuentes statim morientes
Putrescentes relictis omnibus
De carnibus Vermes nutrientes
Omnes status sunt dati Vermibus.

Nil est homo qui bene cogitat
Nisi Ventus res transitoria
Quisquis Videt clare qui pensitat
Hanc choream nubam leticia
Hec igitur cunctis hystoria
Sit permanens et mente stabilis
Vt quilibet fruatur gloria
Felix ille qui gaudet in celis.

Vtile est q̄ rememoretur
Mane sero: nam talis hodie
Diuit sanus qui cras morietur
Ergo quisque credat hystorie
Sunt aliqui mundane glorie
Tam dediti q̄ quicquid agatur
Nichil credunt: pleni leticie
Nunq̄ credunt quousq; tangantur

O quanti sunt qui hic abutuntur
Ac non esset Verus paradisus
Aut infernus: sed cruciabuntur
Vt scriptura testatur omnibus
Absoluti cunctis reatibus
Vos orate qui nunc hac transitis
Vt amici saluentur precibus
Cum orare Valeat defunctis.

O Vos omnes qui transitis per Viam attendite
Qui Vt Vmbra preteritis:oculos hic figite:
Humane mortalitatis intuentes speculum
Vt quid estis cognoscatis et quid presens seculum
In hoc enim quid humana:patenter ostenditur
Vita sit.et res mundana:que tantum diligitur
Ecce:quicquid in presenti seculo conspicitis
Cito transit:instar Venti:nil durare cernitis
Nam Vt fenum exaresçit:carnalis Viriditas
Et Vt fumus euanescit:mundana ioanditas
Transit honor mundialis:transit et potencia
Pulchritudo corporalis: mundiqz prudencia
Mortem ergo cogitate:finem transeuncium
Nec in mundi Vanitate:queratis solacium

Si mortem attenderitis:huiusq3 miseriam
Vite. iam inuenietis doloris materiam
Vita multis est respersa amaritudinibus:
Et mors tandem vniuersa tollit cum hominibus
Quicquid producit in esse natura mirabilis:
Tot consumat est necesse mors insaciabilis
Nā per pomū quod gustauit primus parēs Vetitū
Mors in mundum subintrauit sue legi subictum.
Vnde per culpam deiecta est humana dignitas
Mortis legibus subiecta: totaq3 posteritas
Quis tam prudens: quis tam fortis stetisse legitur
qui gustum amare mortis euasisse creditur.
Sanson moritur robustus Salomon doctissimus
Absalon forma venustus Dauidq3 sanctissimus
Christus quoq3 mortis dire priusq3 substinuit
Penam:ad tronum glorie redire non potuit
Cum ergo sit certa mortis pena quam euadere
Nequitis: in re terrena nolite spem ponere.
qui spem ponit in mundanis: manifeste fatuus
Comprobatur:nam inanis hinc transit et vacuus
quod profecto rationis oculum habentibus
Patet huius Visionis formam intuentibus.

Fuit quidam heremita Vite commendabilis:
Cui reuelatur ista Visio mirabilis.
Nocte quadā dum ingressus lectulum quiescere
Vellet.sopore depressus:Vidit renitescere
quendam habitu regali Virum potentissimum
Alium quoq3 legali iure peritissimum.
Juxta quos miri decoris mulier apparuit:
que gemmis et auro foris adornata nituit
quos cum cerneret latenter in campo consistere:
Et de Vanis se iactanter audiret extollere.
Mox tres mortuos fetentes putrefactis carnibus
Vermibus scaturientes deformes aspectibus
Vidit nimio stupore repletus emergere:
Et ad Viuos cum merore se statim conuertere.
quorum:quilibet patebat vnū de Viuentibus
quem dire redarguebat de Vanis sermonibus.

Actor.

Igitur rex ornamenta inductus regalia
Stabat mente tumulenta prorumpens in talia
Non est potestas super terram que comparetur
michi qui factus sum vt nullum timeam.

Vana potencia

Quis stirpe tam generosus. tam fortis potencia
Tam diues tam glorioſus status excellencia
qui michi possit equari. vel me sit sublimior
Presertim qui sine pari cunctos supergradior
Michi incurvantur milites qz seruiunt
Principes atqz prelati subiecti obediunt
Me honore prosequuntur vniuersi populi
Et parati assequuntur mea iussa singuli
Quem volo statim expalto. quem volo prefacio
Ceteris atqz ex alto quem volo deicio
Nec in mundo dominatur tantus qui apponere
Se michi non veratur. vel me iam offendere
Aurum gemmas et cunctorum habens affluenciam
Temporalium bonorum nullam indigenciam
Patior. nullaqz cura mea mens deprimitur.
Nec extrinseca pressura caro mea teritur
Corporis in sospitate perseuero iugiter
Et pacis securitate gaudeo similiter
Deniqz boni nullius egens nichilominus
Imperator eximius ego sum: et dominus.

Actor

Regem hec incaute verba loquentem agreditur
Mortuus rex. atqz acerba voce sic loquitur
Hodie rex es. et cras morieris. quia omnis potenta
tus vita breuis Rex mortuus
O stulte et insensate. rationis lumine
carens. o intus excecate erroris caligine
Quid te iactas de labentis potestate seculi
Cuius carnem morientis comedent vermiculi:
Nosce miser qz mortalis es. et corruptibilis.
Michi futurus equalis fetens et horribilis.
Rex inuictus fui dictus. potens et ditissimus
Sed ecce iam sum relictus sub terra nudissimus
quid preterita dulcedo: quid laus: quid imperium
Michi prodest: qui putredo sum et esca vermium

Respice cuncta mundana quomodo pertranseunt
Mente qualiter insana his nimirum pereunt.
Nil hic verum nil mansurū nil firmū nil stabile
Sed falsum atqz nociuū caducum et labile
Est delectamentū mundi laus honor et gloria
Aurum simul et argentum cuncta transitoria
Cito ergo resipice depone stulticiam
Et protinus ingemisce deprecando veniam
Culpis:nec in his terrenis confidas diuitiis
Ne celestibus amenis careas deliciis.

Actor

Itaqz legisperitus inflatus superbia
Fatur mollibus vestitus hec et his similia
Magnus effectus sum et precedo sapientia oēs
qui sunt et qui ante me fuerunt.

Dana prudentia.

Merito possum letari: cui in prudentia
Quis non valet comparari:nec in eloquentia.
Me certatim venerantur diuites cū pauperibus
Et pro suis deprecantur causis cum muneribus
Regum quippe commensalis et consiliarius
Eorum:collateralis sum et necessarius.
Per me regunt et disponūt decernūt et iudicant
Promouent atqz deponūt ditant et magnificant
Illum facio priuari suo beneficio:
Hunc honesto deputari procurans officio
Sic et illum iudicari reum in iudicio
Istum vero liberari mortis a supplicio.
Veritatem impugnare noui et subuertere:
Callidos illaqueare et astutos decipere.
Scio mecum disputantes protinus conuertere:
Nemon michi aduersantes penitus confundere
Reum atqz criminosum scioqz defendere:
Et dum volo virtuosum peruersum ostendere:
Preter ista sum expertus in omni scientia
Et transcendere repertus cunctos sapientia.
Ad hec:mortuus secundus respondebat aciter
Et legistam gemebundus increpabat taliter.
Ne glorieris in sapientia. qua sapientia mundi
Huius: stultitia est apud deum.

Sapiens mortuus

Dic destructor veritatis. fraudis et malicie
Adinuentor. equitatis hostis. et iusticie
Cur cor tuum eleuatur de tua prudencia
que nil ex se comprobatur q̄ pura dementia
Jam stultiloquam compesce linguam et considera
quam vanum sit tuum esse in hac vita misera
Nunc potitur sanitate prouectus honoribus
Cras cadauer feditate plenum et fetoribus
Noli ergo te iactare. noliq; tumescere
qui mortem nec defraudare ne vales effugere
Infelix anima uerte quid es et vnde veneris
Per me sciens q̄ certe velut vmbra pretereris
Prudens eram et astutus in lege doctissimus
Sed nunc ceno inuolutus putreo vilissimus
Magnus quoddam et dilectus cum multis horibus
Jam per mortē̄ sum effectus odiosus omnibus
Contemplare diligenter q̄ difformis corpore
Nunc sum qui tam eminenter fulci retro tempore
Et tue corruptionis frequens meditacio
Tibi sit conuersionis salubris occasio

Actor

ffemina nitens candore et ornatu vario
Talia tumescens ore profert temerario
Non est similis mei super terrā in aspectu et
pulchritudine et deornatu membrorum.

Vana pulchritudo

Non est pulchrior depicta mea q̄ effigies.
Nec preclarius amicta mulieris species.
Me videre delectatur regia sublimitas
Esse mecum reputatur summaq; iocunditas
ffurme quoq; venustate sum incomparabilis
Et membrorum quantitate decenti laudabilis
Sine ruga. sine sorde. non confecta macie
fulgens veste. leta corde. floridaq; facie
Vultum meum intuentes admirantur oculi
Prīcipes atq; potētes me frequentant et populi
Nam aspectu gracīosa: vultuq; amabilis
Omnes certe velut rosa precello mirabilis
Quare merito letari ceteris plus debeo
Que decore singulari omnibus prefulgeo.

Et cum tante speciei sim:nullam inopiam
Patior mundane rei:omnis habens copiam.
Reges enim inflammati amoris incendio
Mei:semper sunt parati implere que cupio.
Inde prorsus nil deesse michi posse video:
Nil nocere nil obesse.quapropter sic gaudeo.

Actor

Hec postq̃ viua pretendit decore conspicua:
Ipsam dire reprehendit appropinquans mortua
Fallax igitur est pulchritudo: que admodum
Floris decidens protinus emarcescit.

Femina mortua

Cur inquit presumptuosa: cur tantū extolleris:
Stulta quoqz et ventosa imprudenter loqueris
An nescis:q pulchritudo facile vilabitur
Quam tam leuis egritudo tollere dinoscitur.
Cerne mei iam figuram horrendi cadaueris:
Et consimilem futuram te pro certo noueris
Per me liquet q membrorz nil prodest formositas:
Et nil indumentorum valet presumptuositas.
Quondam enim speciosa fui et ornatu fulgida.
Jam sum vermibus corrosa. et effecta fetida.
Sic nimirum marcescet decor tui corporis:
Atqz caro computrescet:post pugilum temporis.
Et si tu nunc pulchra foris appares:et candida
Nigra plenaqz fetoris tunc eris:et horrida.
Nunc dilecta:tunc despecta cunctis ab hominibus.
Luto iacebis proiecta:cibus data vermibus.
Hec in animo reuoluas hec semper recogita.
Nam necesse est vt soluas tandem mortis debita
Nulla nāqz fortitudo: nulla nāqz prudentia
Liberat: aut pulchritudo mortis ab angustia.

Actor

Mortem ergo timeatis:que nec arte fallitur:
Nec muneribus oblatis quibusqālqz flectitur:
Nec terrea potestate quandocūqz vincitur:
Nec decoris venustate ad parcendum trahitur.
Mortem autem metuentes declinate viaa:
Mente semper recolentes christi beneficia:
Vt gehenne fugientes penam:eius gracia
Celi possitis gaudentes intrare palacia.

Finit Chorea Machabri

BIBLIOTECA NAȚIONALĂ
DS. MR. 5/2008
Restaurator corp-carte

Restaurator legătură
CLAUDIA COMDREZ